



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Die Universität Paderborn**

Quellen und Abhandlungen von 1614 - 1808

**Freisen, Joseph**

**Paderborn, 1898**

V. Nachträge zu den Statuten.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-8008**

## V.

### Nachträge zu den Statuten.

#### 1. Brief des Pater Christophorus Grenzing in Dillingen an Pater Wolfurt in Augusta (wohl Trier) betreffend die Privilegien der Universität Dillingen.<sup>1)</sup>

Wie schon bemerkt, wandten sich die Patres in Paderborn bei der Stiftung der Universität an die schon bestehenden Jesuiten-Universitäten um Auskunft. Der folgende Brief ist adressiert an Pater Wolfurt in Trier und für den P. Rector in Paderborn bestimmt. Sein Inhalt betrifft die Privilegien der Universität Dillingen.

Rde. in Christo Pr.

Pax Christi.

Quod iam pridem factum oportuisset, id tandem effectum dabo malus et morosus debitor, pro R. P. Rectore nostro Paderbornensi mitto informationem de Priuilegijs nostris Academicis, quantum puto necessarium esse.

Et primum quidem transmitto aliquot copias impressas institutionis et Priuilegiorum nostrae Academiae.

Dein moneo probe notandum, quod in dictis copijs diserte ponitur, quod scilicet nostrae Academiae concedantur omnia Priuilegia, quibus gaudent Vniuersitates Italiae, Galliae, Germaniae. 2o. Nos Dilingae in horum omnium Priuilegiorum quieti possessione esse. Nam cum saepius a Magistratu aulico vel ciuili, vel ab alijs fuissent Academici in varijs casibus molestati et ad quaedam onera ferenda postulati, quandocunque vel unius Academiae Priuilegia exhibere potuerunt quae ab eiusmodi onere exemptionem docent, statim fuerunt et ipsi liberi et exempti pronuntiati.

Hinc laborauimus, vt plurium Academiaram Priuilegia authentica obtineremus, Maiora autem, clariora et magis nobis

<sup>1)</sup> Der Brief ist aufbewahrt in dem Ms. der Theodoriana Pa. 89 (Richter, Handschriften I. S. 18). Die Adresse lautet: Reuerendo Patri in Christo P. Hugoni Wolfurt Soc. Jesu Sacerdoti Augustae.

inseruientia non obtinuimus quam Vniuersitatis Louaniensis partim impressa, partim scripta. Huius posterioris generis sunt quae hic subijcio.

Joannes Pieremont Rector Almae Vniuersitatis Louaniensis. Notum sit omnibus, Doctores, Licentiatos, Magistros, Studiosos omnes cuiuscunque Facultatis in hac Vniuersitate nostra Louaniensi degentes hosce infrascriptas immunitates iisque de facto gaudere, et in earum pacifica esse possessione, absque vllius perturbatione.

Imprimis omnes Academici Louanienses immunes sunt ab omni vectigali, gabella aut dacio Cereuisiae, vini, frumenti, carniū et aliarum rerum omnium ad esum aut vestiendum pertinentium.

Item possunt coquere cereuisiam in domo sua vel domo aliqua priuata, quam eligunt cum eadem immunitate.

Item non obligantur ad stateram communem ciuitatis, suas merces vel prouisiones appendere, modo sua qua vtuntur, cum communi ciuitatis consentiat; sed possunt et solent in suis Collegijs semper vti sua peculiari statera.

Item licet illis mactare boues, arietes et alia animalia in domo propria independenter a ciuibus absque aliquo vectigali.

Item pro omnibus prouisionibus siue librorum siue rerum ad esum, potum, vestitum pertinentium, quae aliunde adferuntur, nullum pendent vectigal et omnimodam in eo genere habent immunitatem.

Item possunt proprijs penuarijs ponere vinum patrium aut aliunde allatum absque vlla gabella et queunt omnibus Academicis illud communicare et diuendere absque vlla gabella.

Haec autem ita de facto se habere et nullam in eo genere Academicos pati oppositionem attestor ego infrascriptus et sigillo Vniuersitatis muniui.

Pieremont Rector Vniuersitatis Louaniensis.

Dictorum Priuilegiorum vsum habemus Dilingae pacifice licet vicinae Academiae v. g. Ingolstadiensis, Viennensis eum minime habeant, quod nobis ab aduersarijs aliquando oppositum fuit.

Notandum praeterea circa Bullam institutionis Academiae Dilinganae, cum illa impetraretur, non habuisse D. Cardinalem Othonem Truchsessim cogitationem de Societate hac vocanda. Hinc iuxta Bullam vsurpauit potestatem mutandi et constituendi Rectores, Professores etc. Vnde ex Italia, Gallia, Hispania adnotauit statim initio celeberrimos Professores, inter quos P. Petrus de Soto Dominicanus, Wilhelmus Lindanus, postea

Episc  
D. M  
Olau  
Harle  
loma

tradi  
ditqu  
res e  
V. C  
lacion  
potes  
et no  
Episc  
dispo  
aucti

et m  
exero  
dictu  
tione  
enim  
semp  
quod  
nihil

laure  
Theo  
feren  
praes  
Socie

Card  
Renc  
a No  
alia  
per

alijs  
ipso  
etian  
Rect  
dere

Episcopus Ruremundanus, D. Martinus Galenus Westcapellius, D. Martinus Rithonius postea Episcopus Iprensis, D. Martinus Olavius, qui postea Societatem ingressus est. M. Cornelius Harlenus de Rosenthal, primus Academiae Rector, P. Bartholomaeus Klaindienst etc.

Postquam uero Dominus Cardinalis Academiam Societati tradidit, transtulit in eam Regimen Academiae perpetuum deditque potestatem pro arbitrato mutandi Rectorem, Professores etc. Et licet primi tres successores Domini Cardinalis et V. Capitulum noluerint ratam esse traditionem istam et translationem quoad perpetuitatem ita, ut adempta esset Episcopis potestas alios a Societate Professores, Rectores etc. constituendi et nostros omnino excludendi tamen a moderno Rmo. et Illmo. Episcopo Henrico de Knöringen cum consensu dicti capituli dispositio D. Cardinalis omnino ratificata est et reditus etiam aucti.

Jurisdictionem immediatam tam ciuilem quam criminalem et mixtam in omnes Academicos habet Societas. Eam autem exercet per aliquem Doctorem Juris, Academiae Gubernatorem dictum, qui nunc est Cancellarius Rmi. et Illmi. Episcopi. Rationem huius officij habet statum salarium ab Academia. Jus enim nominandi et praesentandi habet Rector Academiae, qui semper est idem cum Rectore Collegij. Praestat iuramentum, quod velit iudicare iuxta Priuilegia Academiae. In ciuilibus nihil potest statuere inconsulto Rectore.

Gradus Philosophici conferuntur singulis annis, et Baccalaureatus utriusque in S. Theologia. Doctoratus et Licentiae Theologiae, quoties idonei petunt. Cancellarius Licentiam conferens est de nostris Doctor Theologus, Rationem examen praescribere, leges nouas in Academia condere id est penes Societatem.

Mitto etiam copiam Statutorum sub littera A, quae Ill. D. Cardinalis initio Academiae condidit, quae singulis annis in Renouatione studiorum post cantatum sacrum de Spiritu Sancto a Notario Academio studiosis omnibus praelegi solent. Deinde alia recentiora littera B. Notata, quae in ualuis Gymnasij semper affixa sunt.

Porro monendum occurrit, discolos (= unzufrieden) qui alijs noxij sunt nec facile correctio speratur, posse a Rectore ipso immediate sine processu iuris non modo ab Academia sed etiam ex ipsa ciuitate pelli, ita ut teneantur intra tempus a Rectore praescripta v. g. intra biduum, triduum omnino discedere et si qui forte cunctari uelint, mittit Rector ad D. Prae-

fectum ciuitatis et monet talem vel tales studiosum iussum ab vrbe discedere, non parere petitque vt eum per suos ministros educi curet. Tenetur in tali casu D. Praefectus Rectoris uoluntatem exequi, sicut hactenus saepius factum est.

Quando uero sunt causae ciuiles vel criminales, quae processum iuris exigunt et vbi poena iuris cum infamia irroganda est, tum committitur totus processus Domino Gubernatori.

Haec pro tempore occurrunt, quae videntur nostris Paderbornensibus vsui futura et quae R. V. ipsius communicare poterit. Plura si mihi occurrant vel illi in specie petant, mittam libenter. Quod reliquum est, commendo me R. V. SS. Sacri-  
ficijs. Dilingae Cal. Martij An. 1617.

R. V. in christo Servus  
Christophorus Grenzicg.

## 2. Gerichtsbarkeit der Universität Paderborn.

Die alten Universitäten besaßen das Privileg der Exemption ihrer Mitglieder von der bürgerlichen und geistlichen Gerichtsbarkeit.<sup>1)</sup> Das war z. B. in Prag durch kaiserliches (1392) und päpstliches (1397) Schreiben ausdrücklich verfügt. Nicht so correct war diese Exemption an anderen Universitäten durchgeführt, indem dieselbe bald weiter, bald weniger weit ging. Das folgende Statut gibt den Rechtszustand an der Paderborner Universität wieder.<sup>2)</sup>

### Causae criminales ad iudicium Academicum pertinentes.

1. Alle Gewalt, so nicht cum conuocatione vel mortis inferendae causa geschehen.
2. Alle Verwundungh, Stech- Stossen, Schlagen, Werfen, so nicht den Todt bringen.
3. Entleibungh, so nit aus Vorsehen geschehen.
4. Thüren und fensteren freuentliche Verletzungh.
5. Diebstal under 20 goltgulden.
6. Iniuriae und schmehung, schrift- oder mundtlich, wenn gleich

<sup>1)</sup> Vgl. Kaufmann, Die Geschichte der deutschen Universitäten II. 91 ff.

<sup>2)</sup> Das Statut findet sich in dem Mnschr. der Theodoriana Pa. 45 (Richter, Handschr. I. S. 10).

dieselb criminaliter ad poenam fisco applicandam verfolget oder geklaget.

7. Gestatio armorum prohibitorum.

8. Lusus vetiti.

Denique alia eiusdem generis crimina (unser grober Unfugs §).

Causae criminales ad Academiam non pertinentes.

Zauberey, Kirchenbrecher, Blutschandt, Notzucht, Vergiffter, Brenner, Aufruherer, Aufläufer, Raptores, Bina sponsalia vel nuptias contrahentes, Sodomitae, Diebstal mitt einsteig und über 20 goltgulden, Volger und Helfter obberührter undathaten. Dichter und promulgatores schandtlicher schmachschrift.

### 3. Aberkennung des Doctorgrades und Verlust zur Bekleidung eines Amtes für Henricus Kröger.<sup>1)</sup>

Ego Henricus Krögerus Sommersellensis iuro quod poenam Eiectionis ex numero Promotorum et amissionis iurium Magistralium per Admodum Rdum. Dom. Rectorem Magnificum iuste mihi impositam ob enormem insolentiam meam, quando die 10. Julii vesperi hora 9a. non solum iuvi in violenter aperiendis foribus areae scholasticae, sed varia etiam cum convitijs et clamoribus minitatus sum, vt velle sceptrum Academicum in parva frustra comminuere, velle in cubicula collegij bombardis iaculari, velle fenestras excutere, velle Academiam concitare, velle denique me suo tempore vindicare et plura alia. Hanc ergo poenam, quam dixi et minorem quam meritis sum, iuro, inquam, neque per meipsum neque alium quemvis subordinatum directe vel indirecte verbis vel factis vel alio quovis modo extra juris remedia vindicaturum, Universitatis Paderbornensis Consilio et membris et Ministris aut quibuscunque alijs mihi eo nomine suspectis ob eandem nihil injuriarum molestiae vel incommodi moliturum facturum aut fieri procuraturum.

Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.

In Principio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum etc.

Actum 9. Julii ao. 1661.

Henricus Krögerus.

<sup>1)</sup> Die Univ. Matrikel von Paderborn hat: IV. Idus Novembris 1658 die eigenhändig eingetragene Notiz: Henricus Krögerus Sommersellensis C. Die folgende schriftliche Eidesleistung ist eigenhändig geschrieben und aufbewahrt in dem Mnsr. der Theodoriana Pa. 89.

#### 4. Gerichtsbarkeit der Universität Löwen und Dillingen. <sup>1)</sup>

NB. 1<sup>o</sup>. Joannes dux Lothringiae, Brabantiae etc. fundator vniuersitatis Louaniensis ita concessit Academicis immunitatem tum ab alijs oneribus, tum a iudicio saeculari, vt tamen eos, qui sceleribus suis vel membro vel vita privari meruerunt exceperit et sibi reseruarit.

NB. 2<sup>o</sup>. Henricus Episcopus Augustanus post Ottonem Truchsessum protector Fundatae Academiae Dilinganae dedit quidem omnem potestatem et iurisdictionem regendi Academiam illam Rectori magnifico, qui simul est Collegij S. J. Rector tamquam vicario suo: Supremam tamen potestatem sibi ac Successoribus capitulove reseruauit.

NB. 3<sup>o</sup>. Idem Henricus voluit e suis consiliarijs a Rectore iurisperitum nominari, qui Academicis in ciuilibus et criminalibus pro Rectore et cum eius consilio ius diceret ac diceretur gubernator.

NB. 4<sup>o</sup>. Etiam concessit, vt Rector Cancellarium Doctorem aliquem Theologiae constitueret.

#### 5. Verwendung des Geldes der philosophischen Fakultät. <sup>2)</sup>

Ex memoriali Adm. R. P. Prouincialis Joannis Panhausen Ao. 1652 30 Julij.

Pecunia Facultatis Artium non exponatur in alios vsus quam scholasticos, nec nisi ipsa conscia. Quare sub duplici clauae custodiatur, quarum alteram habeat Procurator, alteram Facultatis Decanus: aut certe huic clauis, illi arcula committatur.

Auf der Kehrseite des Blattes steht:

Responsio P. Otterstedt Socij Provinciali eiusdem iussu ad quaestiones varias illi propositas 18. Febr.

1. Pecunia Facultatis Philosophicae deponi debet in arca quadam, cuius clauem unam habeat Decanus, alteram diversam vel habeat P. Rector Collegij vel Procurator. In eadem liber

<sup>1)</sup> Die folgenden Bemerkungen sind aufbewahrt in dem Mnsr. der Theodoriana Pa. 45 (Richter, Handschriften I. S. 10).

<sup>2)</sup> Die folgende Notiz findet sich auf einem losen Blatte des Mnsr. der Theodor. Pa. 45, auf der Kehrseite die zweite Notiz.

asservabitur, in quo scribitur pecuniae summa, tam quae infertur quam quae effertur, vt Superioribus, si postulent, ratio reddi possit. Eadem ratio habenda est Facultatis Theologicae. In ceteris servanda est loci consuetudo.

2. Pro illa pecunia non licet emere quicquam pro Collegio, vt ex ea nostri tractentur vel vt imagines praeceptoribus emanentur. Ad reparationem Scholarum aliquid alicubi potest decanus expendere, sed habita prius Facultate ab Adm. R. P. N. ita tamen ut quae sunt essentialia Facultatis, primo curentur.

## 6. Die Studenten dürfen das Schlafzimmer des Cancellarius nicht betreten.<sup>1)</sup>

Ad dubium a Rectore Paderbornensi propositum R<sup>o</sup>. P. Prouinciali et Admodum R. P. N. Grati, an Candidati graduum Academicorum debeant ex aula Academica pro licentia obtinenda adire Cancellarium in infirmeria detentum podogra aut alio morbo. Eidem Rectori litteris Aquisgrani datis 28 Feb. 1705 respondit R. P. Joannes Direking Prouincialis his verbis: Roma non vult, vt studiosi in infirmeria adeant Cancellarium; Sed RVa nominet Vice Cancellarium. Et cur non possit RVa id officii obire?

# VI.

## Das Promotionsrecht der Universität.

Die Paderborner Universität hatte neben sonstigen Privilegien auch das Promotionsrecht in den beiden Facultäten der Philosophie und Theologie.

Die Ausübung dieses Privilegs stand dem Rector der Universität,<sup>2)</sup> und ist auch in reichem Masse ausgeübt worden, wie das die genau geführten Acten auf der Theodoriana darthun<sup>3)</sup>. Die

<sup>1)</sup> Diese Verfügung ist aufbewahrt in dem Mnsch. der Theodoriana Pa. 45.

<sup>2)</sup> So nach der päpstlichen Stiftungsurkunde (oben S. 7), nach den Statuten aber dem Cancellarius (oben S. 16, 37, 58, 65).

<sup>3)</sup> Vgl. Mnsch. Pa. 126 für Promotionen in der theologischen, Mnsch. Pa. 21 für Promotionen in der philosophischen Fakultät.